

R V PERTI ABBAT. T VITI E M. DE VICT. VERBI DEI,

Suaue, redolens aut visa pulchritus, crediderunt in illo esse diuinitatis effectum, crediderunt diabolico, dicenti. Nequaquam ita erit, ut deus dixit. Si comedenteris, morte moriemini, sed ex quo dico ego, si comedenteris eritis sicut dixi. Contra cibum illum, qui cibus fuit mortis, dictante ratione, namque iustitiae dari oportebat cibum alium, qui esset cibus vitae, & simili ordine, ut scilicet inesse illi mens crederet, quod oculus non videret, credere esse cibum & potum veraciter communicande diuinitatis, esse effectuum carnem & sanguinem Christi, quod sentire non possunt sensus carnis & sanguinis. Per hanc fidem sibi deus ab homine satisfactum esse iudicat, dum non minus sibi credit, quam diabolico crediderat.

*Spiritum sanctum primum in remissionem peccatorum, deinde in divisiones gratiarum,
super nos effundi.*

Datum spiritus sancti, primum in remissionem peccatorum nos omnes credentes accipere, vel acceperis pro mortem, vel sanguinem eius, quis nec sit Idecirco qua die resurrexit a mortuis, cum esset sero, die illa stans in medio discipulorum, influitavit, & dixit eis. Accipite spiritum sanctum. Statimque subiunxit. Quorum remissio peccata, remittuntur eis. Porro secundum eiusdem spiritus sancti datum in divisiones gratiarum, quarum Apostolus meminit, scribens ad Corinthios. Alij per spiritum datur sermo sapientiae, alijs sermo scientiae, &c. die quinquefimo accepterunt, & eiusmodi dona sunt, de quibus scriptum est. Ascendens in altum, capitiam duxit captivitatem, dedit dona hominibus. Quorum potiora sunt haec, quod ipse posuit quosdam quidem apostolos, alias autem prophetas, alias vero euangelistas, alias pastores & doctores. Ita sunt consolationes paracleti, propter quas abire volens, dicebat illis. Sed quia haec locutus sum vobis, tristitia impletus cor vestrum, sed ego veritatem dico vobis. Expedi vobis, ut ego v adam. Si enim non abierto, paracletus non veniet ad vos. Si autem abierto, mittam eum ad vos. Quod dicit, si abierto, recte quidem intelligitur; ac si dicat. Si in eccliam ascendero, si meam corporalem presentiam vobis abstulerero. Veruntamen quia non de ascensi eius tristari, immo gaudio magno gaudere habebant, sicut Lucas meminit dicens. Et ipsi adorantes, reuerteri sunt in Hierusalem cum gaudio magno. De passione vero tristes fuerunt. Nam quia haec locutus sum vobis, at, tristitia impletus cor vestrum. Nihilominus recte intelligitur illud abire de passione vel morte sua dixisse. Nam et euangelista ita vult dicens. Ante diem festum paschae sciens Iesus, quia venit hora eius, ut transeat de hoc mundo ad patrem. Non enim tunc primum ex hoc mundo transiit, immo iam tunc quando mortuus resurgens, cum hominibus conuenerat, labore regni mundanus pati desideat.

Hec sacramenta neque diabolum, neque impios homines cognouisse.

C A P V T X I V .

Hec tria fieri oportebat, & propter haec mors eius gemitibus erat necessaria, quia istae sunt benedictiones quibus in isto semine, quod est Christus, erant benedicenda omnes gentes. Hoc ille draco magnus neciebat, qui sili vel masculum illum per mortem deuorare se posse sperabat. Neciebat, inquam, ille, neciebat hic, quibus presidebat ille, de quibus vel qualibus sapientia dixit. Haec cogitauerunt, & errauerunt, excercavunt eos malitia ipsorum, & necierunt sacramenta dei. Et Apostolus ait. Si enim cognouissent, subaudiret, sapientiam, quae ex deo est, quam & loquimur inter perfectos, nunquam dominum gloria crucifixissent. Omnino verum est, quia si cognouissent leuiatiam, siue ceterus magnus qui in mari est, hamus sub carne latuus ferre, nunquam carnem ipsam momordisset, quia regebat serpens. Sciebat quidem ipsum esse Christum sili def, & ob salutem venisse generis humani, sed neciebat secretum a seculis absconditi sapientiae dei consilii, quod de morte viuis renasci deberet vita omnii. Suum ipse sciebat con silium, sed seculis omnibus sic erat absconditus, adeoq; inopinabile mentibus hominum, ut ipsi Apostoli, cum secrete loqueretur ad eos de his, nihil horum intelligenter, sicut sacra plenis locis euangelia perhibent, quia videlicet neendum erat tempus illius haec intelligendi, priusquam glorificaretur ipse gloria resurrectionis.

Draconem septies per impios homines contra Christum insurrexisse, & septimo comprehendens fuisse.

C A P V T X V .

Quis porro intelligite quis intimo affectu sentie, qualis fuerit in mente habitus sili huius masculi, ex quo expedita mulier eum peperit, coties hiante illo draconem, ut cum posset deuorare, id est, hominibus impensis carnem eius occidentibus, nomen eius delere? Nam si ritus numeres, septies ore paulo hiatus, septem ritus immanes aperuit, & in ceteris frustratus, septimo tandem ritu carnem comprehendit, sed malo suo, quia (sicut iam dictum est) ferrum in carne permolestum sentit. Primus namque draconis huius hiatus fuit, ubi secundum Mattheum mox nati pueri animam (sicut iam superius dictum est) funestus Herodes quiescuit, & pro-

L I B E R X I I .

Fol. 70.

& propter eum infantes occidit. Secundus fuit, ubi secundum Lucam, cum venisset Nazareth, Luce. 4, ubi erat nutritus, & doceret in synagoga, surrexerunt & eicerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt vique ad supercilium montis, supra quem ciuitas illorum erat aedificata, ut precipitarent eum. Ipse autem transiens per medium illorum ibat. Tertius fuit, ubi secundum Iohannem, fugit a facie Iudeorum irridentium, cum diceret. Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam eternam. Nam reuera haec dicendo, fugit & abscondit se ab illis secundum titulum tricelimiterij psalmi, qui inscribitur sic. Psalmus David cum commutauit vultum suum, coram Abimelech, & dimisit eum, & abiit, & timpanizabat ad ostia portae ciuitatis, & defluebant salviae in barbam, & cerebar in manibus suis. Abimelech ipse est, qui supra dicitur Achis. Interpretatur autem Abimelech, patris mei regnum. Abimelech Achis vero, quomodo est, significat ergo Iudeos, quos recte Christus prius appellauerat patris sui regnum, quod signat Abimelech. Nunc autem Achis, ex quo dixerunt, quomodo esse potest. In quo coram istis commutauit vultum suum. In eo videlicet, quod veteris sacrifici ratum convertit in nouum. In eo quoque salviae defluerunt illi in Barbam, quod cum diceret, Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius, &c. infantilia videbatur eis verba proferre. Infanteum est enim salviae emittere. Tunc quoque timpanizabat ad portam ciuitatis, quando finivit & audire nolentibus mysterium praedicabat sua passionis, futurum esse sciens, quod credendo aperirent aliqui. Ferebatur etiam in manibus suis, videlicet cum tenens in manibus suis panem & vinum. Accipite (inquit) & comedite, hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus noui testamenti &c. Attamen secundum Hebraicam veritatem nunc legitimus, & collabebatur in manibus eorum. Quarta fuit persecutio, quando miserunt principes & pharisei ministros, ut apprehenderent eum, qui reuersi cum diceret eis. Quare non adduxerunt eum responderent. Iohann. 7. Nunquam sic locutus est homo, sicut hic homo loquitur. At illi in intentione persistentes adduxerunt mulierem in adulterio deprehensam, tentantes, ut possent accusare eum. Quinta persecutio fuit, ubi cum dixisset. Amen amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum, tu Ierunt lapides et iaceret in eum. Sexta, ubi cum dixisset. Ego & pater unum sumus, luctulerunt lapides per lapidarem eum. Septima, quia ultima, ubi collegerunt aduersus eum concilium, nec destiterunt donec crucifigerent eum.

Quare dictum fuit, sustinui qui simul contristaretur, ut non fuit.

C A P V T X VI .

Quis, inquam, in tam diuinam collectionem mortis, spiritum eius mitem, & humili inteligit? Beatus (inquit Psalmista) qui intelligi super egenum & pauperem, quem iuxta psalmi alterius versiculum, persequitur in Iuda, persequitur in Iudaico populo draco ille, hominem inopem & mendicem, & compunctum cordis mortificare. Nos penitentiales, aut nimis tardii ad descendit ab ipso dicente. Discedite a me, quia mitis sum, & humili corde. Super eum pauperem, super eum mitem, & humili, pro nobis dolentem, pro nobis vulneratum, longe minus intelligimus, quam oportet intelligere. Ecce, inquit propheta, quomodo moritur iustus, Esaias. 17. & nemo percipit corde. Ipse quoque in psalmo dicit. Et sustinuit, qui simul contristaretur, & non fuit. Sed nunquid vel beatu Maria, cum staret iuxta crux eius, videns quomodo moreretur, non percepit corde, & non simul contristata est, immo multum percepit corde, multum contristata est, & sicut praedixerat Simeon, Gladius pertransiuit animam eius. Discipulus quoque dilectus, non sine perceptione cordis, non sine tristitia videt quando moreretur. Ceteri quoque discipuli, quamvis reliqui eo omnes fugerint, nonnulli fuisse simul contristati, immo tristitia eorum impletuit. Ergo non secundum rationis iudicium, sed secundum doloris vim, qui interdum rationem non admittit, dictum est, & nemo percipit corde, & qui contristaretur non fuit. Et competenter sic dictum esse animaduertit, ubi ad tantam insultum atque irridendum multitudinem qui condoluerunt, praecipue paucitate nullius fuere quantitatis aut numeri. Verum, Esaias. 13, quia alibi dicit. Circumplexi, & non erat auxiliator, quiescunt, & non fuit qui adiuaret, & saluator mihi brachium meum, & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi, & non est conquestio similis, sed demonstratio verissima rei, quia nullus omnino etiam si voluisse, quis potuit eum adiuare, siue auxiliari in praetorio, siue congressu eiusmodi, ubi veniebat princeps mundi, peccator antiquus, & praepositus mortis. Nec enim quisquam, qui de illo dicere posset, & in me non haberet quicquam. Non erat praeter eum quisquam, in quo cum innocetate humanæ esset, etiam diuina brachium & indignatio, id est, zelus vel fortitudo naturæ.

In Christo duas voluntates, diuinam & humanam fuisse, quarum altera mortem voluerit, altera expauerit.

C A P . XVII .

Quid ergo, nunquid auxiliatorem circumspiciendo, ita vel tali intentione quarebat, ut non moreretur, qui ad hoc ipsum venerat, ut moreretur? Ut igitur sicut erat deus & homo, sic & duas voluntates, altera diuinitatis, altera humanitatis habebat, sub ipso passionis articulo.

M iii Humanitas

Iohann. 20.

Corin. ii.
Eph. 4.

Iohann. 16.

Luc. viii.

Iohann. 19.

Sapien. 2.
Corin. 2.

Luc. 13.

Matth. 23.

RUPER. ABBATIS TUTTIEN. DE VICTORIA VERBI DEI.

Humanitas quippe gustū mortis naturaliter pauebat & refugiebat, & naturali corporis amo-
re anima tenebatur, & in carne manere volebat. Porro diuinitas rationabili iudicio aliud in-
tendebat, scilicet quod ad salutem generis humani necessarium erat, & eius naturē volunta-
tem suę voluntati humanitas præferebat, dum in oratione sua præmisso, mi pater, si possibile
est, transire a me calix iste, continuo subiunxit. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu.
Sive ita, Veruntamen non mea voluntas, sed tua siat. Itaque quidem secundum diuinitatis ra-
tionem circumspiciebat, quærens auxiliantem, sed secundum naturalem sensum carnis vole-
bat hoc ipsum, & quod sancti homines malleant, dicentes cum Apostolo, Eo quod nolumus ex-
poliari, sed superuestiri, & absorbeatur id quod mortale est à vita. Nunquid verò solummodo
circumspicit, & circumspiciens adiuuantem quæsiuit, in dō & voce magna clamauit. Eli, Eli, la-
masabachthani, Hoc est, Deus meus, deus meus, ut quid dereliquisti me? Hoc nimirum ita
recte intelligitur, & si diceret. Ohabitans in me omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, cur
te intus contineas, cur me moriente sis! paulo ante, ubi venerunt qui me comprehenderent,
vnam bretuerit emisihi vocem, dicendo. Quem queritis, ego sum, statimq; abiurū retrorsum,
& ceciderunt in terram. Nuper quoque multitudinem ingentem radiando ex ipsis oculis, qui
nunc in morte caligant terruisti, & quod infinitus sacre non potuisset exercitus, cum uno fla-
gello facto de resticulis, de templo eieciisti, memorando illis hoc propterum. Domus mea do-
mus orationis vocabitur, vos autem fecisist illam speluncam latronum. Ut quid tam potens,
tam fortis diuinitas verbis, me tuam carnem dereliquisti, intus te continebas tanquam gladius,
qui de vagina sua nolit egredi.

Quare dictum sit, apud ipsum est sapientia & fortitudo.

C A P V T . X V I I I .

Hic iam opportune occurrit, quia scriptum est. Apud ipsum est sapientia & fortitudo. Item,
apud ipsum est fortitudo & sapientia. Dicamus ergo & illud, quia ipse est agnus, ipse est
leō, & omnia tempus habent, si & horum, scilicet agni & leonis significata, sua debuerunt ha-
ber tempora. Tempus fuit, quo vt sapiens patetiam teneret agni. tempus fuit, vt fortis emit-
teret rugitum leonis, dum se intus adhuc fortitudo contineret, non sicut omnino derelictus, nam
sapientia quasi derelictum consolata est. Quid enim circa se ageretur, nō ignorabat, propterea
non solum filios suos reprehimat percutientes & dicentes. Domine, ecce gladii duo hic, ve-
rumentiam occurreret aduersarijs, & dimiscebatur se comprehendendi. Neque designatur dominus
angelorum ab angelo confortari in agonia saecūli, & sudante guttas emitentes sanguinis in ter-
ram recurrentes, & permittet faciem suam a colaphizantibus velari, nec rejicebat calamus
sibi ab illudentibus, quasi pro sceptro in manu datum, neque chlamydem coccineam sibi cir-
cundatam, neque coronam spineam suo capitū impolitam, neque Romanos milites aufera-
tur sibi genua flestantes, & cum sellito risu se regit ludorum salutantes sive adorantes. Cun-
cta namque hæc ludicra crudelita, vertenda sibi esse sciebat in seria, iocunda, atque dulcia.

Quare Christus gladium in vaginam recondi iussit.

C A P . X I X .

Non possumus fasidium legentium vitantes, horum ceterorumq; omnium & ipsius cru-
cis, quam proposita sibi fatua (vt ait Apostolus) sustinuit confusione contenta, præsen-
tio loco compingere, sicut à sanctis patribus expposita, sunt rationes ad comprobandum, quod in
omnibus his magna sit laus sapientie, quæ apud ipsum est. Vnum est, quod iám alio loco alio
breuerit commemoratum sit, hic præterire non libet, quam rationem habeat, quod Petro exi-
menti gladium suum, & percutienti, Converte(ait) gladium tuum in locum suum, sive quod
dientibus. Domine, ecce gladii duo hic, Satis est, inquit, & iuxta alium euangelistam. Sinite
quod hinc. Multū enim ad nostri tenorem, propositum pertinet scire, vel dicere, quem sensum ha-
beat, quod tali in tempore, tanta in re, duos solummodo gladios demonstrantibus, satis est
inquit. Denique hoc non idem est, ac si diceret. Hi duo gladii sufficiunt nobis, vt amur illis, re-
pugnat valde, quod vnum ex illis eductum, in vaginam recondi iussit, & finite vsc̄ hue, dixit.
Profecto hæc duo dicit, Converte gladium tuum in locum suum, & finite vsc̄ hue, secundū in-
tentionem dientis, & equipollentia esse sentimus. Et proinde nunc sufficere arbitramur, si cause
reddantur, cur vel quid resipiens, dignedicer debuerit, satis est, & quid intendens aut volens,
dixerit, finite vsc̄ hue. Quid ergo erat, duos gladios ad defensionē sui demonstrantibus diceret,
sat is est, nisi ac si diceret, antequā ego venirem, qui promissus fuerā, gladio opus erat ad defen-
sionē genti, de qua sola me naīc̄ oportebat, ne gente illa delecta, sicut diabolus volebat, nō
fieret salus quæ nunc ex Iudeis est, quia verbum promissionis impletū est. Satis est, satis labora-
uerūt, & gladii vñ sunt materialibus, qui ante vos extiterunt. Sinite iam, id est, cōuertere gla-
diū in vaginā, vsc̄ hue, subauditur, gladius huiusmodi necessarius erat, vt militaret regno dei,
donec veniret, iam qā venit, iam quia verbū dei intra vos est, gladij cōmutandi sunt. Ex hoc ī
ciūbus

L I B E R . X I I .

Fol. 71.

ciusbus vel millib⁹ regni dei, gladius sit verbum dei, quia de huiusmodi gladio dicebam vo-
bis nunc, qui non haberet, vendat tunicam suam & emat gladium, id est, exuar se impedimentis
& facultatibus seculi, vt vacare possit ad verbum dei discendum siue docendum.

Quid dictum sit, Egregimi & videte filie Sion, regem Salomonem in diademate, quo
coronauit eum mater sua, in die desponsationis illius, & in die latitie cordis eius.

C A P V T . X X .

Cant. 3.

Quid multis morer? Egregimi dicit spiritus sanctus, Egregimi & videte filie Sion re-
gem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua in die desponsationis il-
lius, & in die latitie cordis eius. Videte hunc regem sapientie, regem fortis, & experimento
discite, quam vera sit sententia, quam supra memorauimus de illo, quomodo apud ipsum est sa-
pientia & fortitudo. Conamur sapientia predicare in eo patiente & moriente, & deinde de for-
titudine aliquid dicere, sed sermo deficit, res autem diligenter contemplanti animo magis ac
magis supercrevit & effulgescit. Videte hunc regem coronatum, videte in manu eius sceptru, Matth. vii.
videte vestem purpuream, videte salutantes, videte Romanos adorantes. Nolite hoc solū vi-
dere in corona eius, quod spina sit, videte in spinis illis illum, cuius preparatoria spinae sunt, co-
rona gloria & honoris, sicut Psalmista cecinit. Ministrum eum paulo minus ab angelis, gloria & Psal. 81.
honore coronasti eum. Videte non solū calatum pro sceptro datum, sed videte rem veram,
cuius illud est preflagium, scilicet summum coeli & terræ imperium, quia cum calamo illo, pro-
pter calatum illum die ipsa data est illi omnis potestas in celo & in terra. Vide non solū
purpuram illum manufactam irrisoriū circumponit, sed in purpura illa meditamini purpu-
ream ecclesiam sanguine illius emundatam, sanguinem suum pro illo fusuram. Ecce illi Ro-
man⁹ potestas militibus cum risu genua flecentibus, cum risu vel ioco adorantibus. Vide
portentator, & illius racientis cogitatus sonet in cordis vestri auribus, velut si dicat. Vi-
uo ego, quia mihi incurvabitur. Romani imperii genu, & confitebitur lingua hebraica, lingua
græca, lingua latina, me regem esse Iudeorum, in dō & regem regum, & dominum dominan-
tium, nec erit irritum, quanvis cum ironia, quanvis cum hostili irrisione scriperitis, Iesus Na-
zarenus rex Iudeorum, id est, Salvator sanctus, rex omnium deo consitentium. Talem viden-
tes regem Salomonē, scitote illum fuisse diem desponsationis illius, & diem latitie cordis eius.
Desponsationis quidem eius, qua libi ecclesiam per suum sanguinem desponsauit. Desponsationis
multum differentis a desponsationibus carnis, sive huius seculi, quomodo illa à volupitate incli-
piunt, & in dolore definiunt. Ita autem desponsatio incepit à dolore, vt diceret, Deus meus deus
meus, ut quid dereliquisti me, & perficitur in eterno volupate, & latitie cordis eius, qua post
Iohan. 18. dolore inundantem dixit, Conlummatum est.

Quid sanguineus sudor portenderit.

C A P . X X I .

Quid porro videbitis in agone eius, in sudore eius, qui eo prolixius orate, factus est sicut
gutta sanguinis decurrentis in terram? Quid in tanto miraculo videbitis? Non enim
tantum miraculū, quod de vulneribus eius sanguis effluxit, quia solitum est, naturale est, vul-
nerata carne sanguinem fluere. Hoc insolitum est, supra naturam est, integra carne, sana cutē,
sanguinem pro sudore de toto corpore in terram decurrere. Miraculum rei magis attentos fa-
cere vos debet, vt videatis, quid nam sit. Quid ergo est, nisi vehementi Iudaic⁹ perfidie accusa-
tio, nisi terribilis damnatio populi parviciadē. Accusat⁹ (inquit Apostolus) ad mediatorē Hebre. 12.
Iesum, & sanguinis aspercionem melius loquentem quam Abel. Quid fecerit ait dominus ad
Cain, Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris su-
per terram, quæ aperuit os tuum, & lucepit sanguinem fratris tui de manu tua, vagus & pro-
fugus eris super terram. Quod illi Cain pro illo Abel dixit, non diceret idem deus Iudeis pro
filio suo, videns eum sanguinem agonizantis, & in agonia prolixè orantis sanguinem melius
clamantem, melius loquentem, quam Abel, sicut Apostolus dicit. Verēgitur tantum mira-
culum sudoris non oriosum fuit, quia contra infelices & impios homicidas Iudeos in praefi-
cium iudicij terribilis & vindictæ horribilis in terram decurrerit.

Quare dictum sit, cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius.

C A P V T . X X I I .

In omnibus his suum sapientia, qua apud ipsum est, manifeste gessit officium, latente, & non
tamen otiosa, & se continentē intus fortitudine, quæ similiiter apud ipsum est, sicut prædi-
cium fuerat in Abacuc. Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius. Cornua Abacuc.,
qua erant in manibus eius, brachia crucis intelligimus, quibus confixerat manus eius. Quo-
modo ibi erat abscondita fortitudo eius, videlicet ubi nulla putabatur esse fortitudo eius.

Deniq;

R V PERTI ABBAT. T VITIEN. DE VICT. VERBI DEI

Denique homini fortitudo maxime pollet in brachis, & in manibus eius, at ille confixus in cruce pendebat manibus. Videbatur ergo, quod nulla esset fortitudo eius, sed nonnulla erat, immo magna erat, iamque absconditè operabatur. Iam draconis eum deuorare si putantis, dentes inuisibiliter confringebatur, & gutturi eius baratum, quasi hamo ferreo stran-
gulabatur. Operationis huiuscmodi signa quædam visibilia statim clarerunt, & nos deus au-
ribus nostris audiuvimus. Nam illo emitente spiritum, ecce velum templi scissum est in duas
partes a summo usque deorsum, & terra morta est, & perire scissæ sunt, & monumenta aperta
sunt, & multa corpora sanctorum, qui dormierunt, surrexerunt, & exentes de monumentis,
non quidem ante, sed post resurrectionem eius venerunt in ciuitatem sanctam, & apparuerunt
multis. Verba deficiunt, cum de fortitudine verbi loqui cupimus. De fortitudine verbis, quod
erat & est illo spiritu sui anima, quam moriens emisit Christus Iesus. Cur aut verba deficiunt,
nisi quia non sentimus, non sentire meremur, quam validum, quomodo validum sit illud verbum.
Imo & si aliqui sanctorum, verbi illius in precordijs suis sensere attractum, quibus verbis enar-
rare potuerunt. Hoc igitur nunc tantum dictum sit, quia tunc pro re verbum validum, ver-
bum deus intremuit in spiritu vel anima egridiente de corpore Iesu, & infernus intremuit ve-
niente spiritu illo Iesu, veniente cum verbo sibi vniuo anima Iesu, cuius videlicet verbis forti-
tudinem sustinere non potest, nisi qui eius habet amorem. Nam hinc est, quod Psalmista dicit,
Sicut cœra fluxit a facie ignis, sic perirent peccatores a facie dei.

Quare dictum sit, Catus leonis Iuda, ad prædam filii mi ascendisti. C.A.P. XXIII.

Gen.49. **F**ulciat super hac re sermonem nostrum, sermonem inualidum, propheticum patriarchæ Jacob pœnorum. Catus leonis Iuda, inquit, ad prædam filii mi ascendisti, requiefcens accubisti vt leo, & quasi leæna. Quis fulciturab eum? Iuda, quod interpretatur confessio. Christus Iesus est confessionis nostra princeps, ortus de tribu Iuda. Iste est catus leonis, id est, filius dei fortissimi. Agnus fuerat eatenus, & sicut ovis ad occisionem ductus, sed ubi consummatum est, quicquid secundū similitudinem agni aut ovis eum pati oportebat, statim intremuit idem catus leonis. Nam ad prædam filii mi ascendisti, ad præandum infernum inualisti. Primum expolium, quod iste depredator mortis inferno abstulit, latro ille fuit, qui cum ad ipsas tam ap propinquaret fauces inferni, una brevi confessione retentus ab illo audiuit. Amens dico tibi, ho-
di mecum eris in paradiſo, quantam protinus ad prædam sic incipiendo accedit. Quis præ-
ter illum potuerit educere de inferno totum electorum milia, iuxta illud Zacharie prophetæ.
Luc.13. **T**u quoque in sanguine testamenti tui emisisti viñtos tuos de lacu, & quo non est aqua. De-
siderabilis predio reddens vite, quos abstulit morti, reddens eœlo, quos eripuit inferno. hoc no-
Zach.9. in incertoscens futurum, Ego, inquit, si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum.
Iohan.12. Cum dicit omnia, subintelligimus electa, siue omnia potestate in celo & in terra. Nam pro-
pter passionem mortis, gloria & honore coronatus, propter partibulum crucis, iudex viuorum & mortuorum est constitutus, & omnia subiecta sunt sub pedibus eius. Et qui adhuc rebellant & inimici eius, sine dubio sentient actu, quod iam potestate sunt sub pedibus eius. Vnde Aposto-
lus, cum posuisset hoc psalmi testimonium, futurum ait, de quo loquimur. Nunc autem nec-
dum videmus omnia subiecta ei.

*Quid dictum sit, requies accubasti vt leo, & quasi leæna: & quam necessarium
fuerit, vt mortuus non careret sepultura. C.A.P. XXIII.*

Gen.49. **R**equietens (inquit) accubasti vt leo, & quasi leæna. Consummato negotio, mox (vt dicto) con summatum est spiritum emisisti, requieisti a laboribus tuis, requieisti cum præda, quam copisti ex inferis. Latronem quoque pœnitentia confessum habens tecum in deliciis paradisi, ibi iam spiritu requiecente, caro quoque in sepulchro requieuit. Num parua, aut parvula pœnitentia est pars resurrectionis, requies lepulchri, ista requies corporis sepulcri? Non vtique parua sed magna, multumq; omni humano generi proficia. Oportebat namq; per triduanam defuncti hominis sepulchrum placari diuinitatibus trinitatem, eatenus humano generi offensam, & per sepul-
turam unius iusti, corporum quoque resurrectionem nobis omnibus comparari. Causam istam ritè perpendi, valde placere debet consilium verbi domini, verbi quod taliter in lege præcurrit per os Moyssi. Quando (inquit) peccauerit homo, quod morte pœctendum est, & adiudicatus morti, appensus fuerit in patibulo, non permanebit cadaver eius in ligno, sed eadem die sepelietur, quia maledictus a deo est, qui pendet in ligno, & nequaquam contamina-
bis terram tuam, quoniam dominus deus tuus dederit tibi in possessionem. Quoniam est intentio legis, immo spiritus sancti, tale per legem decretum decernentis, nisi vt dum ex legis præcepto sepeliantur omnes, quicunque fuissent in patibulo appensi, quantumcunque rei, quantumcunque morte digni, consequenter istum quoque, cuius sepultura mundo erat necessaria, non licet insepul-
tum relinquere. Alioquin cur de lapidatis, siue alia quacunque ut propter sceleram sua peremptis omnino

LIBER XII.

Fol. 72.

omnino taceret, & solis in patibulo appensi sepulturæ beneficia decerneret. Simil considera, quoniam sapienter hanc ipsam ne impij viderent, intentionem abscondit, dicendo, Quia male-
dictus a deo est, qui pendet in ligno, & nequaquam contaminabis terram tuam, quam domi-
nus deus tuus dederit tibi in possessionem. Quid enim? Nunquid terra, quam hic intelligunt
impji magis infepulso quoniam sepulco, & in venerem suum recepto corpori aliquo potest con-
taminari? Ergo Ioseph iusto dictum existima. Sepelies eum, quod & fecit, & nequaquam conta-
minabis terram tuam, scilicet carnem Christi, carnem dei, in possessionem resurrectio-
nis, & vita tibi datam. Non contaminabis (inquam) id est, non reliquias infepulcas, ne con-
taminetur, aut indignè habeatur aliquo accessu indignatum eiusmodi qualibet in sepultura
corpora solent attricari. Et illi quidem insipientes, & maligni nescientes sacramenta dei, se-
peliri illum, quod morientibus etiam sanctis optabile erat, & quoniam initer tulerunt, contenti se-
cisse illum, quoniam maledictum, legedicente, quia maledictus a deo est, qui pendet in ligno, sed
iustificatur sapientia a filiis suis, quia bene consulta lex sapientie satisfecit, quod non propter pec-
nam, sed propter culpam quemquam sub maledicto constituit. Non enim hic solam penam
in causam posuit, culpam praemisit. Praemisito namq; quando peccauerit homo, quod morte
pœctendum est, tunc demum subiunxit, & adiudicatus morti, appensus fuerit in patibulo. Sed
& illud non leuiter attendendum, quod taliter dixit. Quia maledictus a deo est, qui pendet in
ligno, quamvis Apostolus Gracis scribens, & pro necessitate temporis translatiōnem sepulta-
ginta interputrem, qua apud illos iam dudum accepta fuerat, sequens dixerit. Maledictus o-
ennis, qui pendet in ligno. Galat. 5.

Quare dictum sit, maledictus a deo, qui pendet in ligno.

C.A.P. XXV.

Satis liquet, quia translationis virtusq; nonnulla distantiæ est, sed quanta ex tribus literis di-
uerſitatis conjici potest. Nam in Greco omnia additur, quod in Hebreo non habetur,
econtra in Hebreo habemus a deo, & substantium verbum est, que in Greco non habetur.
Itaque quid de maledicto senserit impij, volentes in illo destruere laudem, quam ex ore in-
Psal. 119. fantum & lactantium audierant predicata versiculo psalmi centesimi decimoseptimi. Osanna, Iohan.12.
benedictus qui venit in nomine domini. Nos quidem scimus, quia sic lenserunt, quoniam sen-
tir voluerunt, quos execerauit malitia eorum, sed nihilominus in laudem suscipiamus quod
dictum est. Quia maledictus a deo est, qui pendet in ligno, ut sit sensus. Omnis quidem qui pec-
cauit, quod morte pœctendum est, & adiudicatus morti, pendet in ligno, maledictus est, subau-
ditur a peccato suo. Hie autem unus iustus, qui adiudicatus quidem morti fuit, & in ligno pe-
pendit, sed quod morte pœctendum esset, non peccauit, immo nullum inquam peccatum fecit,
non a peccato suo maledictus, sed a deo satie afflicitus tanquam maledictus, id est, tanquam
peccator, & non quidem verè peccator, sed verè peccata portas omnium. Quia (inquit Elaias)
posuit in eo iniquitates omnium nostrum. Ad summum hoc dixerim, non facile in sanctis scri-
pturis posse reperiri, quod signanter quisquam maledictus a deo esse dicatur, præter hunc locum
vbi sit dictum est, maledictus a deo, qui pendet in ligno. Quod si illud obiecta quis, quod
ad Cain deus idem dicat. Nunc igitur maledictus eris super terram, siue ad ipsum serpentem.
Quia fecisti hoc, maledictus eris inter omnia animantia & bestias terre. Scindum, quia nu-
quam additum est a me, cauteles discernendum, quod aliud sit maledicere, atque aliud male-
dictum demonstrare. Solum namq; peccatum maledictio est, quod vtique a deo non est, ig-
tetur qui maledictus a deo est, iuxta hunc sensum unus est, in quem (vt iam dictum est) posuit
deus omnium nostrum iniquitates, quæ veraciter sunt maledictiones, communione facta,
communicatione gratiosa, ut nostras portans vel suscipiens super se maledictiones, suam bene-
ditionem dare, quod verè a deo est.

*Quid dictum sit, mulier cum parit, tristitiam habet, & quod Christus in sepul-
cho sabbatizaverit.*

C.A.P. XXVI.

Interea deuoratus esse putabatur filius masculus, & super hoc tristitiam habebat sepedicta
mulier, quia illum pepererat, & contristabatur penè inconsolabilitate in paucis illis, qui ad-
huc in carne viuebant, quicque illius beatæ mulieris pars magna, quamvis pauci numero ex-
stebant. Quapropter ipse predixerat illis tristitiam ipsorum bono fine consummandam, se-
cundum similitudinem hanc. Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius. Cum autem
pepererat puerum, iam non meminit præfusæ propter gaudium, quia natus est homo in
mundum. Nam ad quid hoc dixerit, consummum expulit. Et vos igitur nunc quidem tristitiam
habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tol-
let a vobis. Deuoratus (inquam) esse putabatur, & illis tristitiam habentibus, homicidæ illi
membra vtique draconis sepedicti gaudebant, & fortassis sicut alibi de eiusmodi scriptum est.

Gaudentes

RUPERTI ABBAT. TUTTIEN. DE VICT. VERBI DEI,

Gaudentes munera mittebant inuicem, quoniam iste prophetarum maximus cruciauit eos, nam gravis erat illis etiam ad videndum. nunc autem mortuus & leprosus sic iacebat, ut etiam lapides ignaro, lapide valde magno super eum posito, puteus sepulchri eius esset clausus & obstrutus ne resurgere, ne vel illuc anima introire ad corpus, aut etiam si reuixisset, posset inde prorepere corpus adhibitis etiam custodibus propter discipulos eius. At ille habitans in celis, irridebat eos, & subfannabat eos, sed interim sabbatizabat, id est, requiescebat per leo, & quasi leæna, securus de preda sua, quia mortuos eripuerat, & mortem captiuam tenebat. Ve leo (inquit) & quasi leæna, nimurum, quia deus & homo in una eademque persona secundum diuinam naturam leo, de quo & alibi scriptum est: Leo rugiet, quis non timebit? dominus deus locutus est, qui non prophetabit? Porro, secundum naturam humanam paulus ante ouis, dum duceretur ad immolandum, nunc autem ex quo dixit: Consummatum est, iam leæna erat, leæna fera quæ catulos suos, id est, omnes electos, quos æternæ vitæ suo sanguine pepererat, in cubili suo, componebat, in paradiſo suo lactabat anima fortis & libera, statim post sabbatum ad carnem reditura, eamq; catulus suis reportatura, cuius de visione nimurum catulus illis copiōsior manare habebat, & nunc manat vitalis lactis almonia. Pulchritudo erat interim, illud sabbatum in illud respiciens, de quo in creatura mundi scriptum fuerat. Et requieuit deus die septimo ab omni opere suo quod patratur. Qui tunc sex diebus creaturam mundi perfecit, & septimo requieuit. Ipse est qui prima sabbati, quam dominicam diem dicimus ciuitatem ingressus, & sexto die tandem mortuus ob regenerandam creaturam humanam, septima die in sepulchro secundum carnem requiescebat, in paradiſo requiescente anima.

Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara, de Christi resurrectione dictum esse.

CAP. XXVII.

Venit hora, de qua dixerat ipse quodam loco Iudeis. Venit hora, ut clarificetur filius hominis. Venit (inquit) illa hora cum praconio verbi ex ore patris ita personantis in David. Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara. Quod erat illud Psalterium, vel quæ cithara. Vnum idemq; corpus in sepulchro quiescens erat psalterium, erat cithara. Erat cithara quam discentis charitatis fidibus personantem, dulcesq; predicationis sonos modulante lumen dei confringent. At illa fractura cithara illi causa siebat augmenti, causa succelus optimi, ut surgeret psalterium decachordum, id est, psalterium dulcissimum, nunquam frangendum, semper confessionis in populis, & psalmi in gentibus vocem daturum, cuius chordas manus nulla viteris rumpere posset, cuius ligni compages deinceps nulla vis frangere præauerat. luxa quod ait apostolus. Christus refurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Hæc est gloria dei patris, quia videlicet in hoc opere suo, per magnam gloriarunt abundantiam charitatis. Exurge igitur (inquit) o gloria mea, exurge psalterium & cithara. Hanc patris vocem, hanc verbi intentionem nunquid non audiebat, nunquid non sentiebat anima illa, sic eidem verbo velut sponsa sposo interminabili oculo coniuncta, irremissibili complexu connexa? Planè audiebat, plenariè sentiebat. Quippe quæ verbi eiusdem omnia plusquam matrimonii urem nouerat, omnia capiebat. Respondebat itaque cum gaudio. Exurgam diluculo. Quid eiusmodi responsione iucundus? Quid ita respondens corde paratus? Non ergo causa nos lateat, cur principium eiudem palmi taliter in persona eius intonuerat Paratum cor meum deus, paratum cor meum. O cor quæm delectabiliter paratum, quæm liberenter arrectum ad suscipiendum diuinitatis imperium, dulce imperium dicetis, exurge. Deinde hoc est paratum habere cor, ita respondere, exurgam diluculo. Nunquid vero ad hoc solium erat, vel fuerat paratum eius cor? Nimurum & ad obediendum, ut moreretur fuerat paratum cor. Omnino fuerat paratum cor, corpus suum dare percutientibus, & genas suas vellenibus, faciem suam non auertere ab irreparabilis & conspiciens, & omnem sustineret usque ad mortem, mortem autem crucis. Ego autem (inquit) non contradico, retrorsum non abij. Decebat itaque esse paratum cor illud ad respondendum, exurgam diluculo, quod fuerat paratum ad obediendum patri suo non parenti ei proper nos. Non ergo (inquit) causa nos latet, cur ita intonuerat psalmi principium paratum cor meum, & cur non contentus semel dixisse, & semel & iterum. Paratum cor meum deus, paratum cor meum.

Vir obediens loquitur Victorias, de Christo dictum esse.

CAP. XXVIII.

Igitur vir iste, nunquid est ille de quo Sapientia dicit. Vir obediens loquitur Victorias? Deinde & si sunt vel fuerunt viri multi obediens & filii, iste vñus vir, vñus & singularis cui non fuit, nec est, nec erit aliis similiis, aut obediens in re simili vel pari. Hic solus in eo vir obediens est, quod nullum omnino habens peccatum, humiliavit se ipsum per voluntatem patris propter peccata aliorum, & vñque ad mortem se humiliavit, mortem autem crucis. Prinde debet cum iam obediens vñrum loqui Victorias, & ecce loquitur eas locutione incessabili, locutione sempiterna.

VICTORIA VERBI DEI LIB. XII.

tempiterna. Cuiusmodi est locutio illa, profecto valde clara, valde sonora, quia ipsa est demonstratio plagarum suarum, quas in ipsa suscepit obedientia. Quinq; plague eius quæ quinq; lingue sunt: plagarum suarum cicatrices idcirco in corpore suo reuinuit, & referuauit, ut Victorias suas semper loquatur illis quæsilinguis. Cui loquitur? Reuera primum deo patri, deinde angelis & hominibus, sanctis omnibus, electis omnibus. Videt pater deus, & pulchris victoriarum testimonijs delectatur. Vident angelii, & ad laudem & gloriam excitantur. Vident homines redempti, & gratiarum actiones irremissibiliter extenduntur.

Quinq; vulnera esse signacula Institue. CAP. XXIX.

Genes. 22

Dicimus cum apostolo, & dicentes apostoli sensum intelligimus, quia pater Abraham accepit, & posteris suis tradidit signum circumcisioñis, signaculum iustitiae fidei. Crediderat enim, ut fidelis, deo dicens: In semine tuo benedicenter omnes gentes, cum non habet retinaculum, famaque effet senex ipse, & vxor eius anus & sterilis. Magne rei testimonium, magnum illa circuncilio erat fidei signaculum, & magna iustitia palmarum ipsi, & posteris eius de clamabat ante deum, sua promissionis commone faciens eum, ne unquam offensus vndeliber subterfugeret dare semini, in quo benediceretur omnes gentes, dum signaculum illius promis si commonitorum videret, fidelēmque ac veraem ipsum esse diceret. Ecce autem plura hic signa Esaie 57. cula, signacula iustitiae ac fidei, scilicet plagæ quinq; quas pro conditione salutis humanae, iste vir obediens suscepit, vir iustus & fidelis. Pro conditione (inquam) salutis humanae, quia profecto talem conditionem propositam sibi propheta non neciebat ipse. Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæcum, & voluntas domini in manu eius dirigetur, pro eo quod laborauit anima eius, videbit & saturabitur. In scientia sua iustificabit ipse iustus ieronimus meos multos, & iniquitates eorum ipse portabit. Nonne gitur nobis posteris eius ture palmarum iustificationis & salutis sua salutis iusta diuinitas concedit, cum videat non vnum tantum signaculum, aut signaculi iustitiae vulnus, ut fructus circumcisioñis, sed quinque vulnera iusti, vapulanti quicquid quinq; sensibus suis nostra caro deliquerit. Nam signacula haec iustitiae vel fidei nos in baptismo luauerit sacerdotibus, quae ipse pecunialiter suscepit, & sicut cum vnius signaculi, id est, circumcisioñis testimonio expectabatur, ad redimendos homines venturus, ita nunc à nobis cum quinq; plagarum, id est, crucis frontibus nostris impressæ signacula, experierat, ad iudicandum viuos & mortuos redditurus.

DVODECIMI LIBRI FINIS.

Ruperti Abbatis Tutiensis de Victoria Verbi DEI LIBER DECIMVSTERTIVS.

Quomodo raptus sit filius mulieris ad deum & thronum eius. CAPVT I.

Cee quomodo illus est draco iste, qui per tot annos, per tot generationes stetit ante mulierem, quæ erat paritura, ut cum peperisset, filium eius deuoraret. Illus est, modo illus est, qui quem paritura erat, mulier peperit, & raptus est filius eius ad deum & ad thronum eius. Quomodo raptus est? Quis ei raptus? Raptus est solitus doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Raptus enim deus, sufficitans eum deus, de verbum raptum eum ad patrem deum. Unde raptus? De claustris inferni, defub grandi lapide sepulchri. Subtrahit lapidem misit deus manum suam, intulit deus verbum suum & raptum corpus illud, corpus rediuum, tam facilè de clauso, quæm facile potuisse rapere de non clauso vel patente sepulchro. Ostulti & cæci, qui dicebant se cognoscere deum, & posuerunt lapidem contra deum. Si enim cognouissent dominum deum, nunquam vñsi lapidem nutui dei relistere possessemus. Est (aiebat ille) pater meus, qui glorificat me, quem dicitis, quia deus noster est, & non cognovisti eum. Sed redeamus ad rem.

Quid sit raptus esse ad deum & ad thronum eius, & quid sit illud? Paulus apostolus, non ab hominibus, neq; per hominem, sed per Iesum Christum. CAPVT II.

N

Raptus

Draco quo-
modo illus
est.

Johannes 8

RUPERTI ABBATIS TUTTIENSIS DE

Raptus est (inquit) ad deum & ad thronum eius. Duo dicta sunt & dici debuerunt, quia & ad deum ad deum raptus est. Nam & resurrexit, & in celo ascendit. Refugendo ad deum raptus est. Ascendendo in celum ad thronum eius raptus est. Denique refugendo factus est carne, ut erat diuinitate immortalis atque impaffibilis, & confirmata est eidem carni habitus in ipsa plenitudo diuinitatis tali firmamento, ut meminit Apostoli, quia refurgens ex mortuis, iam non moritur, more illi ultra non dominabitur. Proinde nam solum secundum verbi diuinitatem, verum etiam secundum semetipsum assumpta humanitas predicatur deus, sicut ex eodem quoque Apostolo comprobatur, ita scribente Laodicensibus, Paulus Apostolus, non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum. Quid enim, si non per hominem, sed per Iesum Christum, nonne conquisitum, quod Iesum Christum, quo tempore vocavit eum vel fecit a apostolo, dicat copiose iam non esse hominem, sed esse deum? Non tamen aut patres orthodoxi hanc dicendo, hominis demit naturam, sed confiterunt superabundantem humanam naturam diuinam gloriam. Nam ex quo resurrexit Iesu Christus, vere quidem est, ut erat homo natura, sed deus est gloria. Porro quod astantibus discipulis, afflupsum ab eis ascendit in celum, & sedet a dextris dei, quid est, nisi raptum esse filium ad thronum dei?

Rapto illo ad deum, & ad thronum eius, nondum penitus impletum est promissio-
nem, In semine tuo benedicentur omnes gentes. CAP. III.

Igitur iuxta fidem ac humilem confitentes & peccantibus David orationem, iustificatus es deus in omnibus sermonibus tuis, & vincis cum iudicaris, quia sicut iurasti illi, veritatem fecisti, & non frustratus es cum, quoniam raptum est semper eius ad te, & ad thronum tuum. Porro quod iurasti ad Abraham, nondum usque ad consummationem perfeceras, promissionis namque, in modo reprobationis ad illum fermo hic eras. Per metem ipsum iurauisti, qui fecisti te hanec, & non pepercisti filio tuo unigenito propter me, benedic tam tibi, & multiplicabo semem tuum, sicut stellae coeli, & velut arenam, quae est in latere mari. Posse debet semen tuum portas inimicorum tuorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae, quia obedisti voci meae. Evidenter cuncta haec preter vnum adimplera erat. Iesu Christi semine Abraham suscepit in celum ad deum thronum, quia reuerteretur in sanctis patriarchis ac prophetis multiplicatum fuerat semen Abrahae, sicut stellae coeli. Nam ipsi sunt stellae, quas idem eternus sol Christus clausus in celum tecum luit, & possidebat illud semen portas inimicorum tuorum, scilicet malignorum spirituum, quemadmodum dicit: Et fui mortuus, & ecce sum viuus, & habeo claves mortis & inferni. Veruntamen pars magna restabat, pars nobis operabilis & necessaria, que nobis gentibus tali enunciatione semel & iterum reposita est: Et benedicentur in semine tuo omnes gentes. Ad hanc partem perficiendam, Apostoli duodecim electi fuerant, atque referuntur, ipso dicente: Si ergo me queritis, finite hos abire. Ut adimpleretur fermo (inquit Euangelista) quem dixit: quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quicquam. Vbi nam hoc dixerat? In ipsa cena, paulo ante ipsam horam, quia cum comprehendenderetur, reliquo eo, discipuli omnes fugerunt. Quos dedisti mihi (ait) custodi, & nemo ex his perire, nisi filius perditionis: statimque fubiunxit: Ut scriptura impleatur. Quid quamvis ita recte possit intelligi, idcirco vel ille unus perire, ut scriptura impleatur, quae non tacuit de perditione eius. Attamen secundum praefitem intentionem magis placet sic intelligi, ac si dixerit, Iccirco istos custodiui, neque quisquam perire ex eis, & tunc omnes incolentes, non solum secundum animam, verum etiam secundum corpus, ut sint per quos scriptura impleatur, per quorum ministerium benedictio cunctis gentibus in semine Abraham promissa impendatur. Quibus ex sacramentis & vnde sumptus eiusdem benedictionis opus peragendum esset, & nunc usque peragatur, iam superioris dictum est. Nunc resarcire, quam inuito & reluatante dracone expedito, in hac quoque operis vel propositi sui parte vicerit verbi incarnationi omnipotens diuinitas, diuina omnipotentia, deos gentium in spiritu sancto eius, qui omnes erant & sunt demonia.

Quomodo mulier in solitudinem fugerit. CAP. IV.

Et mulier fugit in solitudinem, ubi habet locum paratum a deo, ut ipsi pascat illam diebus mille ducentis sexaginta. Et factum est praelium magnum in celo, Michael & omnes angelii eius praelabantur cum draconem, & draco pugnabat & angeli eius, &c. Mulier postea filius eius masculus raptus est ad deum & ad thronum eius, fugit in solitudinem, id est, postquam Christus ascendit in celum, mater eius, id est, pars illa gentis eius, ex qua ipse est secundum carnem, scilicet apostolica, sive apostolica perfectionis ecclesia, de Iudeis collecta, cuncta, sicut apostoliciter testatur actus, reliquit seculi negotia, ita ut nihil suum quisquam esse diceret, sed erant illis omnia communia. Hoc namque est fugere in solitudinem, omnem praeceptum & vestimentum relinquere carnis curam vel seculi sollicitudinem. Qui eiusmodi erant & sunt, opus habebant vel habent pasci de communi eleemosyna diebus mille ducentis sexaginta, euangelij causa, sive ipsius domini exemplo, qui tot diebus euangelium praeedicans cum discipulis suis, vixit de euangelio. Tali initio exceptum

VICTORIA VERBI DEI LIB. XIII.

coprum est praelium hoc, de quo dicit: Factum est praelium magnum in celo. Apostoli nanc & quorū erant apostolice participes gratiae, pleni gratia & fortitudine, pleni fidei & spiritus sapientiae, contra draconem quasi in celo superbientem, magnum sumptere praelium, eentes in mundum vniuersum, & omni creaturae prædicantes euangelium. Hoc nimur erat, fieri prælium in celo, id est, in illis, qui ad hoc præordinati vel prædestinati fuerant, ut celum vel sedes fierent deo creatori suo. Nam cum in illis vel super illis regnaret draco diabolus, diuinos ab illis honores exigens tamquam deus, cum ab illis in templis vel simulachris coleretur, stultus putabat se esse in celo, similemque esse altissimum. Et hoc agebatur, ut ipse depulsus ab aris, protractus ex delubris, primumque de hominum mentibus errore deceptus locum daret deo, sicut olim factum est, quando propter superbiam de superiori arti inusitibili proiectus est celo.

Quomodo Michael & angeli eius pugnauerunt contra draconem.

CAPVT V.

Cuiusmodi prælium illud fuit, quales, vel quomodo acies contra inuicem steterunt, qualibus armis dimicauerunt, attendamus grande magni huic prælii miraculum: Michael (inquit) & angeli eius prælabantur cum draconem, & draco pugnabat & angeli eius. Quibus armis instruti prælabantur isti: pugnabant illi: Nimur isti, scilicet, Michael & angeli eius, armis virtutum coelestium: illi autem legibus regum, decretis imperatorum, furore gentilium, fœnis manibus carnificum. Talibus instrumentis draco pugnabat & angeli eius. Illi autem, Michael & angeli eius, ut sunt administratori spiritus, administratorib[us] euangeli prædicatoribus omnimo dam operationem virtutum, ut in nomine Christi daemona ejercent, serpentes tollerent, super agros manus imponerent & benē haberent, mortuos quoque sustinarent, cetera quoque signa facerent, quæcumque necessaria vel idonea viderentur ad sermonis confirmationem. His itaq[ue] præliantibus draco pugnans & angeli eius, non valuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in celo. Nullum quippe ex eis retinere poterunt, qui ad vitam præordinati fuerant. Quamuis corpora illorum occidenter peruersi ab illis reges & pontifices, reges impii, pontifices mortuum sum mortui, quamvis pro daemonis, ne dicam tuis diis & mulieribus, poenis innumerabilibus corpora disperderent, animas Christi laedere non poterunt, draconemve & angelos eius iuware, quin de isto quoque celo victi ruerent, id est, cultum quasi diuinæ religionis amitterent. Inde est vox illa, vox laudis magna, quam audiuntis in celo, id est, in ecclesia. Nunc facta est salus, & virtus, & regnum dei nostri, & pontifices Christi eius, quia proiectus est accusator fratum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum dei nostri die ac nocte. Et ipsi vicerunt illum propter fanguinem agni, & propter verbum testimonij sui, & non dilexerunt animas suas usque ad mortem.

Quomodo draco proiectus in terram, misericordia aquam de ore suo.

CAPVT VI.

Et postquam vidit draco, quod proiectus est in terram, persecutus est mulierem quae percepit malicum. Ac deinceps: Et misit serpens ex ore suo fœnum mulierem aquam tanquam flumen, ut eam faceret trahi a flumine. Quando, vel quomodo vidit draco proiectum se esse in terram: Nimur quando Romani Imperatores, reliquo veteris idolatria cultu profano, regno dei nostri & pontificis Christi eius se subdidicunt, ceteraque reges terrarum & principes cum subditi isib[us] populis Christiani effecti sunt, tunc vidit draco, tunc sensit diabolus, proiectum se esse in terram, id est, non habere se vires ad defendandam sibi vanam affectatam diuinitatis gloriam. Murauit ergo persecutionis modum, & aliter persecuti coepit, quæ catenus persecutus fuerat mulierem, quae peperit filium malicum, id est, ecclasiam, quæ iuxta promissiones saepedictas de carne sua protulit & hominem Christum. quamvis enim quodam respectu altera sit ecclesia. Gentis vniuersitatis hæreticis ante Christi aduentum, & altera de gentibus post Christi aduentum, vna tamen & vniæ est secundum fidem eandem ecclesia præcedentium atque subsequentium luctorum arce gentium. Quomodo persecutus est eam? Misit aquam de ore suo tanquam flumen, ut eam faceret trahi a flumine. Hoc idem est, ac si manifestius dicatur, quia dogmata adiuuenit hæreticas, per quorum tergiuerationes corrumperetur fides ecclesiastica. Ita elle, ut dicitur, non dubitar, quisquis ecclesiasticus aut nouit aut legit historias. Arrius hæretarcha notissimus, quid nisi os serpens extitit, quo tempore ad fidem Christi confugerat filius Helenæ Constantinus. Per ille lucis sumit serpens aquam tanquam flumen, id est, pessime hæreticos dogma, tanquam sermonem viuum & efficacem, & de viuo scripturarum fonte profluentem. Non ille primus aut solo tali modo serpentis, sed omnium per quos serpens ille abundantiam iniquitatibus sue profudit, terribilis arce nocentissimus exitit.

Quomodo aqua eiusmodi primum occulte irrepens, deinde per incrementa vires capiens, per quatuor partes orbis se extenderit. CAP. VII.

N ii

Hoc me

RUPERTI ABBATIS TUTTIENSIS DE

Hoc malum huius tam peruersi dogmatis monstrum, primùm occultè irrepit, deinde per incrementa vires capiens, per quatuor partes orbis, orientem, occidērem, septentrionem, atque meridiem se extendit, Asiam, Europam, atq; Africam penè replete, & contra fidem catholicam gladijs quoque regum & imperatorum se armauit, multumque sanguinem piorum bestialiter effudit. Hoc scriptura innuere videtur, dum in ista causa diabolus patrem mendacij primo serpentem, deinde ut eatenus fecerat, appellat draconem. Sic enim ait: Et misericordia ex ore tuo post mulierem aquam tanq; flumen, & deinde aperuit (inquit) terra os suū, & absorbut flumen, & iratus est draco in mulierem. Primo namq; heretica perfidia, vt hæc Arriana, dogmarizans minorem patre filium, minorem esse filio spiritum sanctum, clanculò apud Alexandriam suborta, per discipulos vel complices Arrii, lubricis flexibus & sophisticis anfractibus se commouit, deinde in publico ad auditum populi prolatore capite sibilavit, & refutare nequit illius Alexander presule, ad vicinas ciuitates, ciuitatumque præfules aquam doctrinæ nequam de ore suo profudit. Non verè flumen, sed tanquam flumen id est, eloquentiam quidem sive loquacitatem copiose redundatē habens, sed fontem veritatis nesciens, scripturarum vocibus abutendo. Ac per hoc simplicibus, fluminis, id est, sanæ doctrinae quandam similitudinem demonstrando. Tandem (vt iam dictum est) mendaciter patre diabolus regum arque reginarum, imperatorum atq; imperaticum fauorem adeptrus, insaniare coepit linguis, inde principum horroratus gladijs, atque ita suam quam velut serpens de ore suo misit tanquam draco, id est, maior factus fortius commouit, vt mulierem faceret trahi à flumine, id est, vt ecclesiam conselleret sibi consentire.

Quomodo adiunxit terra mulierem, & absorberit flumen.

CAPVT VIII.

Sed adiunxit terra mulierem, & aperuit terra os suū, & absorbut flumen quod misit draco de ore suo. Hoc (vt dicitur) ita factum est. Tunc enim illud famosissimum in Nœca conciliū feruor principis Constantini excitat⁹, publicis asinus atque mulis & curribus equis episcopos, & qui cum eis erant, ad synodum venire præcipiens. Confundit illud quod catholicam roborauit fidem, recte terram intelligas quæ adiunxit mulierem, quia videlicet de omni terra conuenient, & quodammodo omnis terra suum mutauit locum, mixtendo de cunctis partibus suis personas idoneas in locum constitutum. De cunctis ecclesijs qua totam Europam, Lybianum repleuerat, & Asiam, simul erant ministeriosi dei congregati caccumina, vñaque orationis domus tanquam à deo data intrusus ferebat omnes in idem, Syrios simul & Cilicos, Phoenices & Arabes atque Palestinos, Aegyptios & Thebeos, Libies, necnon & qui ex Melopotamia oriuntur, Persa quoq; venit, nec Scythia defuit, Pontus & Asia, Phrygia & Pamphilia viros probatissimos præbuerunt. Aderant Thraces & Macedones, & vt breueriter dicam, ex omni natione quæ sub caelo est, collecti aderant viri religiosi, episcoporum multitudine erat trecenti decem & octo, sequentibus eos presbyteris ac diaconibus, & accolitis, quorum numerus non poterat comprehendendi. Quid ergo nisi terra (vt iam dictum est) os suum aperuit, & flumen draconis absorbut, quando tor viri de omni terra conuocari, sapientia, sermone, alijq; virtutibus ornata, ore confuso in defensione veritatis aperito, impium dogma defruixerunt, concorditerq; vniuersi fidem & gloriam, quæ haec tenus in eccllesia permanet, dictauerunt, & subscriptionibus robauerunt.

Septimum caput draconis plaga gladij occisum in mortem.

CAPVT IX.

Igitur de sex capitibus draconis illud constat, quia iamdudum in cunctis illis vicitus est, & deus iustus in ieronimis suis, victorque in iudicij palnam veritatis obtinuit, quia sicut promisit, sicut iurauit, semen David in æternum manet: sicut promisit, sicut iurauit, in semine Abraham benedicent omnes gentes, & ille neq; per paganos, neque per hereticos sive ludos benedictionem omnium gentium prohibere potuit aut porrefit. Sed quis diabolus pertinaciam, quis ardentis eius inuidice sufficiat mirari velantiam? Et iratus est (inquit scriptura) draco in mulierem, & adiecit facere prælrium cum reliquis de semine eius, qui custodiunt mandata dei, & habent testimonium Iesu. Et stetit super arenam maris, at idem qui superiora viderat. Et vidi de mari bestiam alcedentem, habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua eius decem diademata, & super capita eius nomina blasphemia. Et bestia quam vidi similis erat pardo, & pedes eius sicut viri, & os eius sicut os leonis. Et dedit illi draco virtutem suam, & potestatem magnam. Et vnum de capitibus suis quasi occisum in mortem, & plaga mortis eius sanata est. Bestia hæc septem capitum, ipse draco est, cuius de sex capitibus contra verbum dei belando superatis, haec tenus sermo habitus est. Septimum caput hic mira locutionis grauitate designatur, cum dicitur: Et vnum de capitibus suis quasi occisum in mortem, & plaga mortis eius sanata est, & admirata est vniuersa terra post bestiam.

Quomodo

Apoca.12.

VICTORIA VERBI DEI LIB. XIII.

CAP. X.

Caput istud sine dubio Antichristus erit, in quo excandescet illa draconis ira nouissima, de qua dictum est: Et iratus est draco in mulierem, & adiecit facere prælrium cum reliquis de semine eius. Quid porr̄ est, quod caput istud quasi occisum in morte dicitur: & sanata est plaga mortis eius? Itemque postmodum scripture dicit, quia habet plagam gladij & vixit. Vbi Apoc.13, nam accepit plagam gladij, & quomodo sanata est plaga eius, aut vixit? Nimirum cum alia possint conuenienter dici, deficientibus tamen certis scripturæ testimonijs, magnus iste sensus placet, quia dudum in celo damnatione æternæ sentientiam accepit. Et haec est in capite isto plaga gladij & mortis. Ille namque homo peccati, filius perditionis, non simpliciter homo, verum etiam diabolus erit, & aduentus eius operatio satanæ, operatio erit erroris. Diabolus, inquam, sive Saranas, qui adulterat & extollitur supra omne quod dicitur deus, aut quod contigit, ita ut in templo dei sedeat, ostendens te tanquam sit deus. Quando iste propter superbiam de celo cecidit, proculdubio plagam gladij, plagam mortis accepit. Sicut apud Ezechielem dicitur in eum sub nomine Astur sive Pharaonis. Ecce deductus es cum lignis voluptratis ad terram ultimam, in medio incircumforni dormies, cum his qui interficiuntur sunt gladio. Quo modo autem sanata est plaga mortis eius? Quomodo & plagam haberunt tanti gladij & vixit. False nimirum sanata est plaga eius, & falsò vixit. Plaga eius curatio, culpa est defensio, & in plaga gladij vivere, hoc illi in ipsa poena superbire. Hoc quippe in isto dicto est admiratio & præsumptoris exercitatio, quod cum perclusus sit & factus sit diabolus, extollitur & offendit se tanquam sit deus. Cum enim diabolus vult se ostendere deum, quid nisi mortuus contendit se esse viuum? Exemplum miraculū huius sumere licet de quolibet imitatore eius. Cum enim quis pro culpa sua iusto iudicio de ecclisia pellitur, & tunc in superbia elatus & defendens opera sua, judices quoque criminaliter, quod illi iniusti, ipse autem si iustus. Nimirum plaga eius infelixiter sanata est, & mendaciter vivit, quia dei iudicio iniustus, suo autem iustus est.

Caput illud eſe Antichristum, cui draco dederit vires suas, & potestatem magnam. CAPVT XI.

Verba non sufficiunt ad rem consequendam, maximè vbi audimus, quia dedit illi draco virtutem suam, & potestatem magnam. Quid enim hoc sibi vult? Quo tendit etiam in isto diabolus? Num per hoc altissimum similem se fore arbitrat? Altissimus namque antiquus dierū, vbi (sicut apud Danielē legimus) thronis positus sedet, & ecce in nubibus cœli quasi filius hominis veniebat, & vñque ad ipsum peruenit, & in conspectu eius obvulerunt eum, & dedit ei potestatem & honorē & regnum. Num peruersus imitator dando illi bestiæ sive homini peccati virtutem suam & potestatem magnam, dicit, adhuc similes ero altissimo, id est, sicut fecit deus quod suum erat in Christo, faciam & ego quod meum est in Antichristo. Ecce quis animaduertens non admiretur qualem vñque in finem sive consummationem de genere humano processerit, hinc bonum prōpositum dei, inde malum oppositum aduersantis diaboli. De vna eademque massa vñus exsurrit, qui deus & homo est, & alius qui diabolus & homo erit, venitrus est. In isto bonitas prædicatur dei, in illo perueritas agnoscitur diaboli. Iste nanquerit nihil inuenit, illo nihil deterret. Iste enim deus super omnia benedictus, ille diabolus infra omnia maledictus. In isto sibi deus complacuit, & in æternum complacabit: in illo sibi diabolus complacens, postquam eleuatus fuerit in sublime, stultus apparebit. Iste de celo descendit, & de humilibus alcedens fuit virgultum, & sicut radix de terra sicuti. Ille de celo cecidit, & de cunctis superbiaz filiis ascendit tanquam bestia de mari.

Quid sit illud Apostoli, & nunc quid detineat scitis, & reueletur suo tempore. Et de sacramento mulieris bestie insidentis.

CAPVT XII.

Non sua voluntate moratur diabolus, aut venire tardat Antichristus, sed contra suum vel le derelinetur, cum sit in omne malum pronus ac festinus. Et nunc quid detineat scitis, ait Apostolus. Quid est illud? Videelicet quia nondum venit tempus eius? Quia tempora non in isti us, sive cuiuslibet alterius, sed in sua soliis potestate posuit deus. Hoc oportet subintelligere. Sequitur enim, Ut reueletur in suo tempore. Quod idem est, ac si dicat: quia superna potestas in patientem more, famique violentem reuelari detinet, ut non reueletur nisi in suo tempore. Nam vt scias quām inutus detineatur, quām properè veller reuelari: iam (inquit) mysterium operatur inquiratis, subauditur quantum potest, videelicet maximè per sequitiam Neronis, qui quāmis suis erit malignus, minus tamen in illo diabolus potuit, quām in isto poterit, in omnī virtute & signis & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitaris. Et quantum differunt, vel quod signū temporis eius? Tantum, ait, ut qui tener nunc, teneat, donec de medio fiat. Cum Apostolus haec

N iii scribere

Thessal.2

Ezech.31

Apoc.12.

Arriana ha
refusa.

R V PERTI ABBATIS T V T I E N S I S D E

Antichri-
stus non
persona.

Apoc. 17.

scriberet Thessalonicensibus, quis tenebat, & quid tenebat? Nimirum Romanus rex sive Caesar orbis imperium tenebat, non dicit de vniuersa persona hominis, verbi gratia, Neronis, sed de cunctis regibus Romani imperii, qui quamvis plures numero, vnu solum sunt imperio. His sensus non folium ratione, verum etiam confitat auctoritate. Nam post aliqua eidem Iohanni angelus dicit: Quare miraris? Ego dicam tibi sacramentum mulieris & bestie, quae portat eam, quae habet capita septem & cornua decem. Septem capita, septem montes sunt, super quos mulier sedet, & regem suum sunt. Quinque ceciderunt, & vnu est, & aliis nondum venit, & cum venerit, oportet eum breve tempus manere. Bestia namque septem capitum, & hic vbi mulier, id est, cupiditas sedet super bestiam, & illuc vbi bestia de marras cedebat, vniuersitas est impiorum. Sic cut iam superius sive haec tenus in dracone septem capitum longo tractatu est demonstratum: septem capita septem regna, per quae haec bestia sua draco vim suam exigit contra promissionis verbum. Cum igitur dicit septem capita, & septem reges sunt, quinque ceciderunt, vnu est, & aliis nondum venit. Septem reges, cunctos eorumdem regnum reges intelligi oportet, sive pro ipsiis septem regnus scriptum est, & regem sunt reges, quorum quinque ceciderunt, ait, scilicet Agyptius, Israelicus, Babylonicus, Pericus, Macedonicus. Et vnu est, qui & sextus, videlicet Romanus, & aliis nondum venit, ipse erit Antichristus.

*Quare Apostolus tam obscurè dixerit: Tantum qui tenet, teneat,
donec è medio fieri.*

C A P . X X I I .

I Taque & sapientibus satis dictum, tantum ut qui teneat nunc, teneat, donec de medio fieri, & insipientibus data occasio non est, quam nanci ci potuerint, ita manifestius dixisset, Roma quae nunc teneat, sive Romanum imperium, quod nunc teneat, sub se gentes teneat, donec de medio fieri, sive donec discessio fieri. Superbia namque hominum Romanum volebat esse virbum gloriam, & eternum Romanorum imperium, ac proinde nusquam ferre religiosus quis impatiens audiret blasphemiam in deum, quam Romani principes sive milites sine Romani imperii per Christi praedicari euangelium. Satis nimiumque offendetur eos euangeli praedicatoris, etiam nemini dantes villam offensionem, quanto magis si iam publicè discessione illam futuram predictarentur. Haec pro difficultate apostolice locutionis breueriter dicta sunt: porro quamdiu qui teneat, nunc tenere debeat, vel quam multos post annos de medio fieri, vel discessio venire debeat, maximè propter candem cautelam scribere non debuit, forrallus nec ipsi reuelatum fuit, quando vel hoc fieri, vel quor post annos ille iniquus debeat reuelari, sicut nec Danieli, cui dicunt ad vitium, qui induitus erat linea: Visque finis horum mirabilium? Item: Domine mihi quid erit post haec non fuit responsum quod quereretur, sed hoc audiuit: Vade Daniel, quia clavis sunt, signaque sermones vici ad tempus praesertimum. Ad discipulos quoque de temporibus quærentes, loquitur saluator ipse: Non est velutrum nosse tempora vel momenta, quæ patet posuit in sua potestate.

*Quantam iram draco excitaturus sit per Antichristum, & quod do-
minus Iesus interfecurus sit ipsum spiritu oris sui.*

C A P V T X I I I .

Math. 24.

Victoria
verbi dei.

Ibidem.

2. Thessa. 2.
Esaie 11.

I Ram draconis, quam exercetibz per illum hominem peccati, per illum filium perditionis, iurat in mulierem expeditam, & adiiciens bellum facere cum reliquis de semine eius, frustra laborat quis sufficientibus declamare verbis. Maior enim res erit sermon, smo & cogitatu hominis, præsertim cum ipse dominus ore proprio prædixerit. Erit enim inquietus, tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque sicut, & nisi brevius fuisse dies illi, non fuisset salua omnis caro, sed propter electos brevia buntur dies illi. Proinde quoniama sermo quoque prolixior habitus iam ad finem rendit, & solicitude deesse non debet loquenti auctoribz, ne forte nimietatem fastidium generet legenti sive audienti, venientium est ad id, in quo est consummatio denarrati certaminis, consummatio victoriae verbi dei. Quid est illud, profecto destruere illius iniqui, & iudicaria ledes sive sellio filii hominis Iesu Christi, quemadmodum ipse post prænunciationem illius magna tribulationis breuiter innuit: Et tunc, inquietus, videbunt filium hominis venientem in nubibus cum potestate magna & maiestate, cum virtute multa & gloria. Qualis ergo erit destruere illius iniqui? Dominus Iesus, inquit Apostolus, interficer eum spiritu oris sui. quoque modo per prophetam fuerat prædictum: Et spiritu labiorum tuorum interficeret spiritu oris sui. sed de nulla persona nunc occurrit memoria sic est dictum, quod interficeret spiritu oris sui, sive spiritu labiorum tuorum, praeter illum impium, illum iniquum. Num ergo propter singularem illius magnitudinem, nimiam que fortitudinem spiritus sanctus, qui est spiritus domini Iesu, intendens erit contra eum, ne caliter ille iniquus poterit interficere, nisi per semetipsum irruat super eum spiritus domini. At iste spiritus sanctus, spiritus domini Iesu, non ad mortificandum solet emit, non nisi ad iustificandum consuevit

V I C T O R I A V E R B I D E I L I B . X I I I .

confuerit immitti. Nec enim in ipso mors est, cum ipsi potius vita sit. Alter igitur intelligentiam est hic de spiritu oris sive labiorum domini Iesu, & hoc sicut commodius, si illud quoque propheticum in praesens adducatur vox dicentis: Clama, & dixi, quid clamabo? Omnis caro foenum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Exiccatum est foenum, & flos cecidit, quia spiritus dei in sufflauit in eo. Omnis homo viuens: & quid rogo, tibi est facilis quiam sufflare: quid infirmius rogo, coram te, quam illud quod sufflando potes dejicere? igitur per tuimet exemplum animaduerte promptum est, quam verè fortis sit dominus Iesus, cuius nomen verbum dei, verbum deus, & quam verè vniuersa vanitas erit etiam ille homo viuens, totius generis humani tyrannus maximus, tyranus diabolicus, quia quam facile tibi est sufflando dissipare filum telarum aranea, tam facile, imo faciliter erit & illum iniquum interficere, multis coniecturis, quæ hinc solerter. Per hunc sensum arbitror quempiam posse liberari.

Interfecto Antichristo, consummatam est Victoria.

C A P . X V .

I Interfecto Antichristo, paucis id est, quadragintaquinque diebus (vt ex Danielis visione consideratur) interierit, veniet in maiestate sua dominus, & nouissima omnium inimica destruetur mors. Quomodo destruetur: ipse dominus (aīt Apostolus) in iussu, & in voce archangeli, & in tuba dei descendet de celo, & mortui qui in Christo sunt, resurgunt primi, deinde nos qui vivimus, qui relinquerimus simili rapientur cum illis in nubibus obiuia Christo in aera, & sic semper cum domino erimus. Illa destruere mortis, consummatio erit Victoriae verbi dei, consummatio propriei dei, & hoc dicto verbi dei triumphantis: Venite benedicti patris mei, poscidete parasitum regnum a constitutione mundi. Quod dicit, à constitutione mundi, hoc est, ab eo tempore vel die, quo constituebatur mundus in creatione generis humani, quando creatus duobus primis: Crecite, ait, & multiplicabimini, & replete terram. Cum enim duo tantum esset, dicendo illis, crescite & multiplicabimini, illam intendebat multipliciter, que stabit à dextris, & tunc parabat illis regnum præsumptum, habens numerum quantus deberet percipere regnum dei. Nā qui super numerum illū multiplicati sunt, quique stabunt à sinistris, non pertinent ad benedictionem creatoris, neque sufficiunt natū, nisi intercessione causa peccati, quo peracto, multiplicabo, inquit ad mulierem, serumas tuas, & concepus tuos. Erit igitur illi opportuna commemorationis constitutionis mundi, & benedictionis, qua omnes suos electos benedixit, dicendo: Crescite & multiplicabimini, magna & ineffabilis erit materia laudis, & angelis, & hominibus sanctis in eodem dicto triumphantis: Venite benedicti patris mei, poscidete regnum paratum vobis à constitutione mundi. Tunc verè in domino laudabit omnis anima, & tunc audientes manueri, lætabuntur, & letantes admirabuntur, quod illa benedictio prima inter maledictionum spinas, de quibus vel contra quas praefecti opulculo tractauimus, perire aut extinxiri non potuit, videntes nullum desigere ex omnibus electis dei per curam atque prouidentiam eius, qui illos preservavit, atque prædestinavit, vocavit atque iustificauit, & magnificauit per gratiam cuiusdam filii sui, per incarnationem, passionem, & resurrectionem eiusdem verbi sui, cuius imaginis conformes prædestinati sunt fieri.

*Quid sit quod ad beatum Iob dictum est: Ecce spes eius frustra-
bitur eum.*

C A P . X V I .

T Vnc verum apparebit dictum illud ad beatum Iob de dracone illo toto nominato: Ecce spes eius frustrabitur eum, & videntibus cunctis precipabitur, simileq; omnes impii præcipabitur cum eo, dicente triumphatore & iudice his qui erunt à sinistris eius: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolus & angelis eius. Quomodo illos præcipabit? Nimirum quod de vno homine peccati filio perditionis Antichristo Apostolus dixit: Dominus Iesus interficer eum spiritu oris sui, hoc & de diabolō & angelis eius, & de cunctis impiis hominibus, & si verbis vel lylabibz eisdem non dixit, vult nihilominus & oportet intelligi, quia præcipabit eos spiritu oris sui, id est, tam facile, vt tu sufflando exiguum quid pulueris, aut sumi in auras dispersis. Nam sicut fam supra dictum est, pro facilitate omnipotentis, quin non laboraret age do quid, & Apostolus dixit, quod illum iniquum dominus Iesus interficer spiritu oris sui, & propheta dixerat, spiritu labiorum tuorum interficeret impium. Quod si authoritas queritur de cunctorū impiorum damnatione, quod præcipitabit sine eadē facilitate. Ecce & aliud propheta dixit, quod iā lupra commemoratu est: Omnis caro foenum, exiccatum est foenum, & cecidit flos, quia spiritus dei sufflauit in eo. Et in Iob scriptū est: Quin potius vidi eos qui operantur iniquitatem, & se minant dolores, & metunt eos, flante deo perisse, & spiritu ira eius esse consumptos.

Quid sit spiritu oris domini aliquid fieri.

C A P . X V I I .

E Adem quidem facilitate omnia bona quoque fecit, & facit omnipotens verbum, & ipsam faciet resurrectionem mortuorum, sed in huiusmodi dictiōne flandi vel exsufflandi

N iiiij sanctus

Esaie 40.
Esaie 40.
1. Thessa. 4.

Destruc-
moris.
Genes. 1.

Matth. 25.
Genes. 1.

Job 40.
Behemoth.

Matth. 25.
2. Thessa. 4.

Esaie 40.
Job. 4.

RUPERTI ABBATIS TUTIENSIS DE

sanctus scripturæ spiritus proferre non consuevit. Contra superbiam solerat taliter edicere, ut illuc: Flauit spiritus tuus, & operuit eos mare. Quod si quis obijciat, & illud scriptum esse: Flauit spiritus eius, & fluent aquæ. Cito respondeatur, non esse hoc dictum de spiritu iug, sed de spiritu gratiæ. Et quamus facile sit deo peccatoris cor compungere, non tam propter facilitatem eiusmodi dictum esse: Flauit spiritus eius, quam propter infinitam diuinam dignitatem dulcedinem, quod cum frigidum cor aspirando refrigerat, ita temperat & emolit, sicut glaciem calidus auster solvit. Premiserat enim: Ante faciem frigoris eius quis sustinebit? Statimq; subiunxit: Emitte verbum suum, & liquefacit ea. flauit spiritus eius, & fluent aquæ.

Quam facile omnia possit verbum dei, exemplis probat.
CAPVT XVIII.

Verbo dei
oia facilita.

Iohann. II.

Lucr. 7.

Iohann. 20.

Esaie 44.

Quid, tanquam de facilitate quisquam dubitet, plura loquimur? Judicandus sufficientia dedit argumenta, quam facile facti sunt que dicta sunt, veniens index in maiestate sua. Primum, de facilitate resurrectio mortuorum, hoc argumentum est: Lazarus in sepulchro quatriduanus erat, & vnam tantum vocem emulit: Lazarus (inquit) veni foras. Et statim prodixit qui fuerat mortuus. Quando vel qualis habite prodixit? Ligatus pedes & manus insitus, & factus eius fudatio ligata erat. Opportune Euangelista hoc precripsit, & ad hanc intentionem non stram nonnihil facit, quia videlicet consequtitur in illius vocante voce vim facilissimam extitisse, quae illi pariter & viuiscavit, & de monumento expulit, qui cum esset ligatus pedes & manus insitus, neque pedibus neque manibus prorope potuit. Quod si de remissione quoque peccatorum, quae prima resurrectio est, queritur experimentum, quam facilis facta sit eidem verbo, filio dei, Filio hominis Iesu Christo tam in presenti, quam in futuro seculo. Ecce apparuit in sorore eiusdem Lazarus Maria Magdalene, quam itidem adhuc mortalis, adhuc judicandus mortuam in anima, iamque forentem infamia de sepulchro malæ conscientia produxit: nullam saltem vocem emittens, quasi Lazarus de monumento vocavit, imo & corpore absens illi. Nisi enim de sepulchro quae fuerat mortua prodijisset, ante presentiam eius illo miro modo non venisset. Et in illa vbi dixit ei: Fides tua te salvum fecit, vade in pace. Continuo dixit Euangelista, quod demonia septem existent de ea. Quomodo ergo pro facilitate operanda salutis, & agendi iudicij mentionem fecimus, cum suffragio sanctarum scripturarum de verbo exufflationis, nonne & hoc recte dixerim, quia septem illa demona exuffit, id est, & facilissime de illa cecidit, cum adhuc esset judicandus homo paibilis & mortal. Propter eandem facilitatem deinde peccata mortis ecclesiæ, cuius illa typum gessit arbitrii licet, quia resurgens ex mortuis, & stans in medio discipulorum insufflavit, dicere continuo: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Neque enim non sine insufflatione spiritum sanctorum dare poterat, sed opus erat omnipotenter sua, verbum deus studiose illo quoque modo significabat, semper & vbique intendens adimplere, & verum comprobare quicquid in scripturis sanctis de ipso praedictum fuerat. Nonne & hoc in persona eius apud Esaianam praedictum fuerat. Seruus meus es tu Israel, ne obliuiscaris mei, deleui te nubes iniuriantes tuas, & quasi nebulam peccata tua. Quomodo enim nubes aut nebula deletur, nisi facilissime transcurrente sereniori auro flatur? Nonne igitur ocofie insufflavit dando spiritum sanctum discipulis in potestatem remittendi peccata, nec inaniter discipuli vel ministri eius baptizando insufflavit, sicut haber consuetudo ecclæstica, sed operum præbente illi ministerium, quatenus per hunc illorum actum quod predixit, nunc quoque vnicuique renascenti dicat: Deleui te nubes iniuriantes tuas, & vt nebulam peccata tua.

Quanta facilitate sinistros cum diabolo & angelis eius precipitaturus sit.
CAPVT XIX.

Iob 40.

Porrò, de præcipitatione qua sinistros, id est, impios præcipitabit cum diabolo & angelis eius, de quo (vt iam dictum est) ait dominus ad beatum Iob: Et videntibus cunctis præcipitabitur, quod factu tam facilis ei sit, vt significat verbum exufflationis. Item, illud pro vero argumento est, quod adhuc paibilis & mortal, continuoque passurus & moriturus, cohortem praesidis armatam, pontificumque & Phariseorum ministros solo intuivit deicit. Vt enim dixit eis: Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Sed forte dicat quis, qui pauci erant. In resurrectione autem mortuorum, quando iudicabit seculum, infinitæ multitudines erunt. Nū ergo tam facile runc præcipitabit, si facile paucos illos deiecit? Huiusmodi suggestio li sicut tangit, recte arguitur nimis vanitas. Est autem virtus rationis simile, si dominus saltu manu iniecta, cohortem illa deiecisset, vel tale quid faciendo, quale fuit illud, quod unus homo Samson in madibula asini percussus ac deiecit mille viros armatos ac fortis. Nunc autem vbi deiecit eos, tantummodo dicendo: Ego sum, ratio consentit, totum mundum tantum valere contra

VICTORIA VERBI DEI LIB. XIII.

contra illum, quantum cohortem illam, siue hominem unum. Quod si de diabolo quoque & angelis eius queritur, quale dederit experimentum adhuc mortal is & iudicandus, quod eos eadem & homines facilitate sit in infernum præcipitaturus. Ecce illa legio pro argumento satis est, quæ unum possidens hominem, rogabat eundem dominum ne ab ipso torqueretur, neve imperaret illis, vt in abyssum irent. Eadem nimis facilitate super cunctas legiones daemonum, super diabolum & super angelos eius peragat iudicium, nec saltu rogarē vacabit eis, ne mirratur in abyssum, siue in infernum, quia confititos velociter præcipitabit eos omnipotens verbum.

Quid sit quod dictum est apud Esaiam: Et erit lux luna sicut lux solis, & lux solis Septempliciter sicut lux septem dierum. CAP. XX.

Quid post haec erit, nisi semper festiuitas triumphi, & nunquam habitura finem latitudi, laetantis in operibus suis? Qualis autem erit latitudo siue festiuitas illius triumphi? Qualis triumphantur, deus verbum, deus & homo Iesus Christus in maiestate sua sedebit, & qualis circa illum præcerum eius, militem eius emitorum confessus erit? & qualis splendore tota triumphalis eius curia spidebit? quis nobis habitum illum nunc saltem ad modicum annunciare posset, nisi seipsum reuelans per prophetas verbum domini? Ecce quiddam de revelationibus eius propheticis ad præfensu occurrit, consonans cunctis præconijs illius æternæ beatitudinis, beatae æternitatis, quæ succedit illi iudicio magno & terribili, perpetua semper manifera regis filio deo & homini, cunctisq; angelis & hominibus per ipsum locutis apud Esaianam præmissio: Quia de us iudicium dominus, beati omnes qui expectant eum, post pauca sic dictum est: Et erit lux lunæ, siue lux solis, & lux solis Septempliciter sicut lux septem dierum, in die qua alligabit dominus vulnus populi sui, & percussuram plague eius sanauerit. Quid, rogo, est vulnus populi domini, & quid percussura vel plaga eius, nū vulnus mortis animæ, id est, peccati, & percussura vel plaga corporis mortis, quia de corpore anima redit, & illius mortis vulnus. Et huius mortis plagan siue percussuram, tunc dominus ad perfectum sanabit, quando dicet: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Tunc erit lux lunæ sicut lux solis: Luna ecclesia, sol ipse Christus est. Nunc in presenti seculo, non est lux lunæ sicut lux solis, id est, non est claritas ecclesie sicut claritas Christi, quia videlicet sol Christus, semper & indeficieret suo lumine fulget. Luna autem ecclesia non proprium, sed a sole Christo lumen habens mutuatum, nunc incrementis gaudet, nunc defectum luctat: tunc autem semper fulget, quia Christum in manifesta visione semper habebit, hoc erit esse lucem lunæ sicut est lux solis. Scimus enim (inquit Iohannes) quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eti scilicet est: Quanta autem erit lux solis? Nam ne parua videatur esse promissio lunæ, in eo quod dixit: Lux eius erit sicut lux solis. Scendum est quanta futura sit lux solis, dixit ergo: Et lux solis Septempliciter sicut lux septem dierum: Qualis vel quanta est lux septem dierum? Omnia (inquit Euangelista) per ipsum facta sunt: omnia (inq) bona valde, quæ septimo die completa sunt. Tanta tunc erit lux solis, quia tunc manifeste patet quale sit verbum, per quod deus omnia sex diebus fecit, & in septimo die requieuit.

Finiunt hic tredecim libri, de victoria verbi dei, per reverendum patrem, dominum Rupertum Abbatem Tutiensem (qui sub Henrico quinto, Anno domini, M. C. xxiiij. floruit) compositi. Nunc autem impensis viduae Arnoldi Birckmanni excus Louanijs, Anno à natiali Christiano, M. D. L. I.


Mense Ianuario,



Esaie 30.
Matthei 15.
Christus fol.
Ecclesia lu.
na.

libro
am
ato





ARNOLD BIRCKMAN

